# Marculf II,6 (lat)

VI DONATIO[a] DE PARVA REM AD AECCLESIA[b]

Si aliquid de rebus nostris locis sanctorum vel in substantia[c] pauperum conferimus[d] hoc nobis procul dubium in aeternam beatitudine[e] retribuere confidemus[f]

Ergo ego[g] in Dei nomen nomine **ille**[h] in amore[i] Domini nostri Iesu Christi[j] et remissione peccatorum meorum, ut[k] veniam delictis[l] meis consequi merear in futurum[m] dono donatumque in perpetuum[n] esse volo ad basilica[o] **illa** in honore[p] sancti **illius** constructa portionem[q] meam in villa nuncupante **illa** in pago **illo**. Quicquid ibidem[r] ad praesens[s] tam de alode parentum vel de qualibet adtractu[t] possidere[u] videor, totum et ad integrum ad praefata basilica[v] volo esse donatum, ea videlicet ratione[w] ut, dum advixero, sub usu beneficio[x] tantum eum[y] absque ullo praeiudicio[z] vel deminucione[aa] aliqua de qualibet rem[ab] antedictae[ac] basilicae[ad] excolere debeam. Post meum quoque, quando quidem[ae] Deus de ac[af] luce voluerit, discessum de praesente[ag] absque cuiuslibet iudicum aut heredum meorum expectata tradicione[ah] aut contrarietate, cum terris, domibus, aedificiis[ai] acolabus[aj] mancipiis, campis, vineis, silvis[ak] pratis, pascuis, aquis aquarumve[al] decursibus vel reliquis quibuscumque beneficiis abba de ipsa basilica[am] vel agentes eius[an] in eorum debeant dominationem[ao] revocare perpetualiter possedendum[ap] habendi[aq] tenendi vel quicquid[ar] exinde pro oportunitate antedictae ecclesiae[as] elegerint faciendi liberam in omnibus habeant potestatem. Si quis vero, quod futurum esse non credimus, nos[at] ipse[au] quod absit, aut[av] aliquis de heredibus[aw] nostris seu qualibet opposita[ax] persona, calliditate commotus aut cupiditate praeventus, contra hanc aepistulam[ay] donationis[az] nostrae[ba] quam[bb] spontanea voluntate[bc] propter nomen Domini fieri decrevimus, venire aut eam infrangere[bd] conatus fuerit, iram trini magestatis incurrat[be] et cum suprascripto sancto **illo** ante tribunal Christi deducat rationis[bf] Insuper inferat partibus ipsius basilice[bg] cum cogente[bh] fisco auri **tantum**, argenti **tantum** et quod repetit vindicare non valeat, sed praesens aepistula[bi] omni tempore firma et inviolata permaneat.

Stipulatione subnixa[bj]

---

[a]DONATIO] DONATIONE *$Le_1$*; DONACIONE *$P_{16}$*
[b]AECCLESIA] ECCLESIA *$Le_1$*; ECCLESIAM *$P_{16}$*
[c]substantia] substancia *$P_{16}$*
[d]conferimus] conferim[...] *Blatt beschädigt $P_{16}$*
[e]aeternam beatitudine] aeternam beatitudinem *$Le_1$*; eterna beatitudine *$P_{16}$*
[f]confidemus] confidimus *$P_{16}$*
[g]Ergo ego] Itaque eg[...] *Blatt beschädigt $P_{16}$*
[h]nomen … ille] nomen illis *$Le_1$*; nomen illi *$P_{16}$*
[i]in amore] in amorem *$Le_1$* ; ob amorem*$P_{16}$*
[j]Christi] *fehlt $P_{16}$*
[k]ut] [...] *Blatt beschädigt $P_{16}$*
[l]delictis] de delectis *$P_{16}$*
[m]futurum] futuro *$P_{16}$*
[n]perpetuum] perpetuo *$Le_1$*
[o]basilica] baselica *$Le_1$*, *$P_{16}$*
[p]honore] onore *$P_{16}$*
[q]portionem] porcionem *$Le_1$*; [...]cionem *Blatt beschädigt $P_{16}$*
[r]ibidem] i[...]d[...] *Blatt beschädigt $P_{16}$*
[s]praesens] presens *$Le_1$*
[t]adtractu] adtracti *$P_{12}$*
[u]possidere] possedere *$P_{16}$*



Marculf II,6 (lat), Formulae-Litterae-Chartae Projekt. Hamburg 2023-08-31
URL: https://werkstatt.formulae.uni-hamburg.de/texts/urn:cts:formulae:marculf.form2_006.lat001/passage/1
Downloaded: 2024-09-15

[v]basilica] baselica $Le_1$; ecclesia $P_{16}$
[w]ratione] racione $P_{16}$
[x]beneficio] benefitio $Le_1$; beneficium $P_{16}$
[y]eum] eam $Le_1$, $P_{16}$
[z]praeiudicio] praeiuditio $Le_1$
[aa]deminucione] deminutione $Le_1$; diminucione $P_{16}$
[ab]rem] re $P_{16}$
[ac]antedictae] antedicte $P_{16}$
[ad]basilicae] baselicae $Le_1$
[ae]quando quidem] quandoquidem $P_{16}$
[af]ac] hac $Le_1$
[ag]praesente] praesentae $Le_1$
[ah]tradicione] traditione $Le_1$
[ai]aedificiis] *fehlt* $Le_1$, $P_{16}$
[aj]acolabus] accolabus $Le_1$, $P_{16}$
[ak]campis … silvis] vineis silvis campis $Le_1$; viniis silvis campis $P_{16}$
[al]aquarumve] aquaerumve $Le_1$; aquarumvae $P_{16}$
[am]basilica] baselica $Le_1$
[an]agentes eius] agentis ipsius $P_{16}$
[ao]dominationem] dominatione $Le_1$; dominacione $P_{16}$
[ap]possedendum] possidendum $Le_1$
[aq]habendi] *fehlt* $P_{16}$
[ar]quicquid] quicquic $P_{12}$
[as]ecclesiae] baselicae $Le_1$; baselice $P_{16}$
[at]nos] nus $P_{16}$
[au]ipse] ipsi $Le_1$, $P_{16}$
[av]aut] *fehlt* $P_{16}$
[aw]heredibus] eredibus $P_{16}$
[ax]opposita] *fehlt* $P_{16}$
[ay]aepistulam] epistolam $Le_1$; epistulam $P_{16}$
[az]donationis] donacionis $P_{16}$
[ba]nostrae] nostre $P_{16}$
[bb]quam] quam nus $P_{16}$
[bc]voluntate] volontate $Le_1$
[bd]infrangere] infrangire $Le_1$
[be]iram … incurrat] iram trine maiestatis incurrat $Le_1$; inprimitus iram trinitatis incurrat $P_{16}$
[bf]rationis] rationes $Le_1$
[bg]basilice] baselicae $Le_1$; ecclesiae $P_{16}$
[bh]cogente] cogenti $Le_1$
[bi]aepistula] epistola $Le_1$; epistula $P_{16}$
[bj]Stipulatione subnixa] Stibulatione subnexa $Le_1$; Cum stipulatione subnixa $P_{16}$



Marculf II,6 (lat), Formulae-Litterae-Chartae Projekt. Hamburg 2023-08-31
URL: https://werkstatt.formulae.uni-hamburg.de/texts/urn:cts:formulae:marculf.form2_006.lat001/passage/1
Downloaded: 2024-09-15